

**Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D. Med. & ... Ad  
Lessum Quem Matronae Honoratissimae Margarethae Carmoniae, Viri ... Dn. Petri  
Laurenbergii, Poëseos in alma Universitate Rostochensi ... relictæ Viduae ...  
Filia & Nepotes moestissimi hodierna ... cupiunt, officiose & amanter Omnes  
Literariae Reipubl. Cives invitati : [P. P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus III.  
Augusti, Anno cl Ic LXXI.]**

Rostochii: Kilius, [1671]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747423601>

Druck    Freier  Zugang



Bacmeister, J.,

in M. Carmon.

*X Langenbeck*

R. 1671.

44







7.

RECTOR  
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS  
**JOANNES BAC-**  
**MEISTERUS, D.**  
Med. & sup. Math. Prof. P.  
Ad Lessum,  
Quem  
**MATRONÆ HONORATISSIMÆ**  
**MARGARETHÆ**  
**CARMONIÆ,**  
VIRI

EXCELENTISSIMI AC EXPERIENTISSIMI  
DN. PETRI LAURENBERGII, Poëseos  
in almâ Universitate Rostochiensi olim Professoris  
celeberrimi,

ante XXXII. annos relictae Viduæ  
excellentissimæ, Matri atq; Aviæ optatissimæ  
& Nepotes moestissimi hodiernâ

luce paratum cupiunt,

officiosè & amanter

mnes Literariae Reipubl. Cives invitari

& provocat.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII. Acad. Typogr.



**S**e secundas Viduarum nuptias non inter Christianos tantum, sed & Gentiles semper fuisse odiosas, Hieronymus non uno loco inculcat, & in Epistolâ XCVI. Viduas bigamiæ indulgentiam ignorare debere ait; Camillorumquè familiam vel eo nomine maximè collaudat, quod ex illâ prognatae Mulieres secundos detestarentur Concubitus. Romani pudicitiae Corona ornabant Mulieres uno contentas Marito, & perpetuâ Viduitate castitatem testantes; quali quondam gaudebat Valeria Messalaris soror, quæ, cum à cognatis interrogaretur, qui fieret, ut, amissô Viro, nuberetur nulli, pie an pudenter magis dubites, respondit: *Virum sibi vivere semper Quorsum & illud referimus merito, quando ab auctore libri Judith. c. 15. v. 9. Joachim summus Pontifex introducitur cum universis Presbyteris Viduam Juditham sic appellans: Tu gloria Jerusalem, tu lœtitia Israel, tu honorificentissima Populi nostri, quia fecisti Viriliter, & confortatum est cor tuum, eò quod castitatem amaveris, & post Virum tuum alterum nescieris.* Nec abs re Apostolus, *Beator erit Mulier, sis sic (Vidua sc:) permanerit, meâ quidem sententia;* *Puto autem, quod & ego spiritum DEI habeam. 1 Cor. 7. v. 40.* Ut jam nihil de Marcellâ, de Paullâ, de Fabiolâ aliisque nobilissimis atque sanctissimis Viduis proferam, de quibus præclara multa atque magnifica prodita literis legitimus, quæ etiam faciunt, ut laudes earum nullis unquam seculis conticescere, atque aeternæ ac immortales fore videantur. Omnia autem Viduarum exemplar fuit Anna filia Phannel de tribu Aser, quæ à Lucâ laudatur, quod defuncto Marito, cum quo per septennium vixerat, Vidua usque ad LXXXIV annum mansisset. Huic diversorum erat in Templo, colloquium in prece, vita in jejunio, quæ dierum noctiumque temporibus indefessæ devotionis, obsequio, cum corporis agnosceret senectutem, pietatis tamen nescivit æatem. Hæ sunt veræ Viduitatis virtutes, quas Apostolus peculiari Canone I. Tim. 5. v. 5. ceu fasce quodam complectitur. Panegyris haud absimilem meretur pie defuncta Matrona MARGARETHA Carmons / Vidua LAURENBER-

RENBERGIANA, quæ velut altera Dido sepulchro Mariti Sichei  
amoris omnem affectum sepelit, cum eadem ita exclamans;  
ille meos, primus qui me sibi junxit, amores  
Abstulerit: ille habeat secum servetq; sepulchro.

Nec non cum laudata apud Quintilianum Vidua defuncti Mariti manus sequentibus verbis compellans. Si quid inferi sentiunt, cognoscet animum meum, sicut voluisti, tibi vixi, tibi moritura fui: nulli alii in hoc pectore locus fuit. Nec solum hæc nostra MARGARETHA tantum casta Vidua univira (uti vereres loquebantur) sed & pietate animi, fidei puritate omnibusque Virtutibus ab Apostolo requisitis abunde decorata fuit, atque hanc ob causam digna, quæ in præsenti non tam à nobis, quam, sicut illæ, quarum sub initium facta mentio est, ab Hieronymo aliquo, hoc est sanctissimo simul & eloquentissimo Viro Epitaphio sermone celebraretur. Quod si in nostra manu haud est, quantum Virtute merebatur præstare, id tamen, quod possimus libenter & promptè, dum indicendum nunc ejus Funus, exequemur. Lucem denata hæc nostra vitalem primum aspexit in hac Civitate seculi superioris Anno XCIX die XI Octobris, nata Parentibus Virtute & genere Clarissimis, Patre Viro Spectatissimo atque Honestissimo DN. JACOBO CARMONIO, Cive & Negotiatore hujus Urbis quondam primario, ex Nobili & perantiquâ Carmoniorum Britannorum sanguine oriundo, Matre verò Matronâ decoratissima MARGARETA Siebeten/ ex Nobili ac perverusta Sibetorum apud Livonos familia orta. Avum paternum habuit WALTERUM Carmoni / & ipsum Civem ac Mercatorem Deidonensem, Aviam Paternam Nobilissimam foeminam ISABELLAM Ramsay / Patricii Londinensis in Angla filiam. Avus Maternus fuit Nobilissimus ac Strenuus Vir DN. HEINO HENRICUS Siebeth/ Sacr. Reg. Maj. Polon. olim à latere. Avia Materna Nobilissima & Spectatissima Matrona CATHARINA Frosters. His illa Majoribus orta, his Parentibus enutrita est: his genita & sacro baptismatis lavacro regenita, ab hisdem in omni Virtutum sexum hunc comitantium generè educata est ita, ut nulla in ipsâ desiderata sit earum, quæ Virginis honestissimæ, Matris familias prudentissimæ, Conjugis amabilissimæ corpus faciunt, aut superficiem colorant. Imprimis autem cum lacte, quasi Materno Pietatem, quæ ceterarum Virtutum est fundamentum, imbibit, eamq; crescentibus annis, assiduo Verbi divini auditu in officiis

nis

cin à Spiritu S. aluit, auxit & confirmavit. Et eo nomine maxime Parentibus debuit; quandoquidem Parentes non partus sed educatione facit, & plus est educari bene quam bene nasci. Parentes isti objurgatione lane digni sunt acerrimâ, qui de quavis potius re, quam rectâ Liberorum educatione sunt solliciti. Hinc amare se non posse opinantur Prolem, nisi omnibus præposterae indulgentiae exemplis eam corrumpant. Idcirco parvulos cum delicate nutriverunt, grandes perdidérunt. Præclara sèpius indoles pravâ educatione velut in senticeto pessum data est, & pessimus tractandorum Liberorum mos pestem animis novellis, & si hoc ageretur, ad Virtutem ductilibus, infudit. Quemadmodum mitè licet stagnum ventis exagitantibus in æstu exsurgit: ita bona natura improbis educatoribus fluctuat. Moribus ergo probis ante omnia instructa hæc nostra & dotata Anno ætatis XVII Maritum sibi Virtutum suarum cestò, minimè verò lascivis, ut passim videmus illecebris, attraxit ac devinxit haud vulgarem & plebejum, sed iis Virtutibus ornatum, eâ doctrinâ ac prudentiâ præditum, tanta rerum divinarumque humanarumque diffusa scientia cumulatum, ut non solum in ipsa Peregrinatione cum adhuc versaretur ipsi. Professio primum Philosophica ordinaria consensu Procerum Academiæ Montalbanensis postmodum verò Medicinæ Theoreticæ in eadem Academia oblata, sed & Anno M. DC XIV literis crebris Senator Populi Hamburgensis ad Professionem Eloquentiæ suscipiendam vocatus sit. PETRUM LAURENBERGIUM indigitò Phil. ac Med. D. excellentissimum, Virum incomparabilem, Universitatis tandem nostræ Professorem Poeseos quandam celebratissimum, meritissimumque, cui nostra Anno M. DC. XVI felici Matrimonio juncta fuit. Cum hoc Marito suo, Viro summo, annos vixit XXIII. in Conjugio sine jurgio, sine offensa: utpote quæ Viri nutus custodiebat, & suum velle ac nolle ejusdem arbitrio temperabat, planè persvasa, Viri sui ingenium & mores legem esse divinitus sibi latam eo tempore, quo nuptiæ juncta, & vita sors consociata fuit. Eximia verò & unica Mulieris laus! Nam supra omnes gemmarum thesauros probæ Uxor possesso est. Unde Protagoras ejus modi nactos Conjuges βίον ἀλυτὸν vivere pronunciavit. Non possum, quin hic inseram aureum illud Encomium & Speculum piæ, bonæ & sedulæ Matrisfamilias, emphaticè satis & eleganter apud Ecclesiasticum c. 26. sequentibus verbis expressum. *Uxor gratiæ letitia afficit Maritum suum, & cum eum humaniter*

ter

ser tractat, recreat Cor illius. Mulier quæ tacere potest, est donum DEI, & Mulier benè educata, omne pretium superat. Nihil est gratiōsius & amabilis pudicā sōmindā, nihilque prestantius castā muliere. Quemadmodum Sol oriens in cœlo Altissimi ornementum est Mundi: sic Uxor cordata ornementum est domus suæ: Mulier elegans, quæ castitatem tuerur, est instar lampadū in candelabro sancto: Mulier, quæ constanti animo prædita est, recte comparari potest cum columnis aureis, quæ posita erant super bases argenteas. Exulent itaque & ad Garamantas usque relegentur Imperioſa Pollo, morosa Papyria, luxuriosa Messalina, improba Xantippe. Imitentur nostræ Mulieres exempla Saræ, Ragelis & Abigaelis: sint sobriæ, modestæ & ad nutum Maritorum paratissimæ, uti M A R GARETA hæc nostra, quæ tam re quam nomine Margarita h. e. gemma candida maximis DEI donis ac muneribus nitens fuit. Quare etiam ad Iuvavissimam hanc ovuſias accessit Divina benedictio, qua ipsa Mater hisce XXIII. annis, tot enim vixit in Conjugio, sex Liberos, tres sc̄ Masculos, totidemq; sequioris sexus uti amoris conjugalis obsides Marito patri dedit. Hæc tam generosa & luculenta Conjugalis amoris pignora, Conjuges hosce certissimo sinceri affectus vinculo constrinxerunt. Quoties enim Uxor Marito parit, uterq; alteri dat amoris obsidem. Non autem vulgares sed præclaros nostra Marito suo obsides dedit, ast eheu! vix diu vitales. Senarius enim hic Liberorum numerus, Divina ita disponente Providentia, ante MARGARETHÆ nostræ ex hac miseriariū valle abitum ad Unitatē redactus est, unica saltem filia & quidem natu minima GERTRUDE adhuc superstite, foeminā præstantissimā, quæ non adeò pridem Viro Clarissimo ac Pereximio DN. CHRISTIANO HILDEBRANDO Lib. art. Magistr. in Matrimonium elocata est, cum quo non solum in hunc usq; diem turturis instar vixit, sed & in præsens Matris charissimæ obitum cum Marito acerbissimis deflet lachrymis. Primas autem inter omnes natos natasq; dicit JACOBUS SEBASTIANUS, in quo, postquam Ingenium egregiū atq; singulare in ipsâ statim pueritâ fese ostenderet, Parens ejus p. m. nihil quicquam eorum intermisit, quæ ad benè recteq; educandum Filium huncce unicum requirebantur. Orbatus quippe jam tūm filio WILHELMO, tūm PETRO, quorum hic, postquam lavacro regenerationis renatus esset, statim decessit, ille verò XXVI septimanarum Infans mundo huic immundo vale dixit, omnem spem atq; fiduciam in huncce suum filium natu

maxi-

maximum collocabat, omnesq; in id intendebat nervos, ut ita illum informaret, quo fulcrum senectutis & solamen Parentum esse tandem posset: nec spes ipsum decollavit. Tantos enim tūm vivo adhuc Parente eodemq; ductore & quidē ipsis Adolescentiæ annis in elegantiori literaturā, studio item Oratorio ac Historico fecerat progressus, ut ad nutum optimi Parentis de quacunq; sibi oblata materia absq; omni tergiversatione ac titubatione sermonem cum doctis conferre posset: tūm eodem jam demortuo, annosq; pubertatis egressus, telam, quam orsus erat, adeò gnaviter, præeuntibus ipsi JCTis variarum Academicarum fulgidissimis, continuavit, ut à Serenissimo Celsissimoque Principe ac DN DN. ADOLPHO FRIDERICO, Duce Mecklenburgico &c. &c. beatissimæ memoriæ, Amplissimoq; Professorum Ducalium Collegio dignus judicatus sit, cui primum Historiarum, postmodum vero Pandectarum Professio cum Assessoratū Ducalis Conistorii gravissima committeretur. Qua Sparta satis honorifica obtenta matrimonium iniit cum lectissimâ & pudicissimâ Virgine ELISABETHA SPENGEMANNIA Senatoris Stralsundensis prudentissimi olim filia, ex quo illi nati sunt libri, VII. Filii nempe IV. SIMON PETRUS, JACOBUS SEBASTIAN I. & II. itemq; WILHELMUS HENRICIUS, & Filiae III. ANNA MARGARETHA, JOHANNA ELISABETHA & SOPHIA MARIA, quorum tres JACOBUS sc. SEBASTIAN, WILHELMUS HENRICUS & SOPHIA MARIA, patrem matuoriore abitu in cœlestे πλήρη properando antevertentur, reliqui etiamnum vitali aurā vescuntur, & mortem Aviæ suæ charissimâ cum Matre Vidua mœstissima acerbe ferunt. Erat hicce Vir Academiæ nostræ decus, Matris solarium, propriæq; domus ac totius Familia laudatissimæ fulcrum, ac proinde longiori vita dignus: Verum, ut fert mortalium sors, ita etiam hic noster amicissimus, olim Collega conjunctissimus communè expertus est fortunam, atq; ante biennium & quod excurrit, nobis maximum sui desiderium, per mortem è terris ad Cœlos properans, reliquit, cuius anima, ut in beatitudine sit, optamus. Secundum meritō occupat locum Filia JOHANNA MARGARETHA, quæ, postquam annos nubiles attigisset, auctoritate Parentis optimæ, spectatae prudentiæ, literaturæ ac Integritatis Viro DN. JOACHIMO Reppenhagen / Sereniss. Duc. Meckl. Secretario tum temporis intimiori nunc vita functo nupsit, & quidem tam lœtis felicibusq; auspiciis, ut omnibus iis rebus florue.

floruerint semper, quæ matrimonium aliquod secundum & fortunatum reddere possunt. Præterquam enim quod incredibili concordia & animorum coniunctione vixerint, IX. sene Liberos, tres Filios & Sex Filias ex se natos viderunt. quorum IV. JACOBUS sc. SEBASTIAN, JOHANNA, JUDITHA ELISABETH & JOHANNA CATHARINA in primâ statim ætate decesserunt; reliquis V. JOACHIMO, SIMONE PETRO, MARGARETHA CATHARINA, ELEONORA CHRISTINA & SOPHIA CATHARINA superstribus Aviaque suæ desideratissimæ emigrationem ex hac misericarum valle eo acerbius lugentibus, quod utroq; jam ante orbati parente ultimum in his terris solatium obitu Aviae amiserint Orphani nun c tristissimi, quos tamen tutelæ ac protectioni omnium Orphanorum Parentis DEI sc. omnipotentis committimus. Tertio loco & Filia CATHARIN Anominanda est, de qua nihil, nisi quod vix octo hebdomadas & IV. dies vivendo consumperit. Atq; ita μακεῖτης hæc nostra VI. Liberorum Mater & XV. Avia merito salutari potuit: quam singularem DEI benedictionem depredicare, eaq; senectutis molestias mitigare & sublevare sæpè solita est. Diem nigroré & infastiorem toto Vitæ curriculo experita non est, XIII. Maij Hac enim ipsâ Anno M. DC. XXXIX. eam optatissimo thalamijugalis consorte orbavit, eamq; in medio ætatis melioris decursu constitutam Viduam fecit. Quem casum graviter quidem Uxor modesta & Viri amans tulit: ita tamen, ut non dolori succumberet; sed spe in DEUM sumum omnium directorem niteretur, eum fore & Viduarum & Pupillorum Curatorem unicum & certissimum Neq; spe falsa fuit. Major enim natu Filius DN. JACOBUS SEBASTIANUS LAURENBERGIUS Filii pii ac grati partes egregiè implevit, & solutâ continuò ἀντιπελαγχύσει Matrem annis vergentem recreavit, & eo pacto abrupti immaturâ morte Patris desiderium Matri lenivit. Qua pietate in Deum fuerit, quamq; assiduè atq; devote obierit sacra publica, cum totluculentí testes adhinc, quibus tot annis nota extitit, hic commemorare fuisus supervacaneum est; Ut & quam plena in omnes officii, quam benigna & bona in miseros, quos vel cum detimento sua- rum rerum solari atq; juvare solita est: Ita persuadens animo, fortunatorum atq; felicium esse de abundantia suâ consulere aliorum necessitatibus: Christiani autem de qualicunq; etiam copiâ operari. Jam si commemorare mihi animus esset, quam fuerit pacis cum omnibus tuendæ & alendæ cupida, quot infortunia, quotve morbos Vidua per XXXII. annos sustinuerit, nimis angusta hæc ad recensionem istam futura esset Charta; partes eas relinquemus Ecclesiastæ, cui & tempus & locus in Concione funebri ad ista dignis laudibus exornanda, ordineq; recensenda erit commodissimus; nostra ad clausulam & terminura

minum Vitæ exponendum festinatatio. Triennium fermè est, ex quo me-  
dius sese habere cœpit, nec prout antea conservaverat, de adversa corporis vale-  
tudine conquæsta est, nisi quod difficulter interdum respiratione laborarit, do-  
nec tandem Mense hujus Anni Maio vires vigorq; corporis paulatim collabe-  
fieri atq; imminui cooperunt, uti hoc ipsum Clarissimus & Experientissi-  
mus DN. D. JOACHIMUS STOCKMANNUS, Practicus apud nos felicissimus,  
amicus noster honoratissimus prolixioribus verbis testatum fecit, quæ sic lo-  
nant. Cum vita hæc nostra variis ærumnis & calamitatibus sit exposita, & Homo, ut  
Hippocrates noster loquitur, à primâ Nativitate morbus sit, ita Honoratissima nunc  
piè defuncta hæc Matrona, sortis humanæ non sicut inexperta, sed diversis cum morbis  
præ ipuè scorbuto ante semestre spatium collectari cœpit, cui tandem accessit Febris  
putrida vehemens & contumax, quam cum tumor scorbuticus, aliaq; per intervalla  
grayiora symptomata exciperent, accidit, ut his ferendis Natura impar esset, morbo ac  
senectute ingravescente cum inter se alterum alterius malo cresceret, superata est Pi-  
entissima Matrona die 30. mensis Julii hora septima matutina inter ardentes preces  
quas Gener & Matronarum circumstantium cœrthus frequentabat viribus desiticens  
placida morte in Domino obdormivit, atq; animam Servatori & Conditori optimo reddidit,  
cum LXXII annos atq; ita humanae Vitæ terminum extremū  
attigisset non solum sed & fere ad finem perduxisset. Quod super est, quid ve-  
lim intelligitis, Veneranda Matronæ MARGARETHÆ CARMONIÆ ma-  
nes justa debita à Vobis exigunt, quæ ut solvatis tum ipsa pietas tum WIL-  
HELMI, PETRI & JACOBI SEBASTIANI LAURENBERGIORUM, Virorum-toto  
Orbe clarissimorum merita in hanc nostram Universitatem postulant. Ite,  
itaque Cives Academicí frequenter exequias, inter comitandum seriò de-  
vestra ipsorum mortalitate cogitate, DEO que Opt. Max. Ecclesiæ, Patriæ,  
Academiae, Civitatis & nostram propriam salutem commendate, atq; pa-  
cem, quâ hactenus ejus beneficio usi sumus, deinceps quoq; ut con-  
servet, supplices ab eo flagitate.

P. P. sub Sigillo Rectoratus nostri III. Augusti,  
Anno dñi 1571.

Conventus fiet hodie horâ primâ in Templo  
Jacobæo.





GK





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747423601/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747423601/phys_0016)

DFG

floruerint semper, quæ matrimonium aliquod secundum  
 reddere possunt. Præterquam enim quod incredibili conco-  
 conjunctione vixerint, IX. sene Liberos, tres Filios & Sex  
 viderunt. quorum IV. JACOBUS sc. SEBASTIAN, JOHANN  
 SABETH & JOHANNA CATHARINA in primâ statim ætate c-  
 quis V. JOACHIMO, SIMONE PETRO, MARGARETHA CATHA-  
 RA CHRISTINA & SOPHIA CATHARINA superstribus A-  
 deratissimæ emigrationem ex hac misericarum valle eo ace-  
 quod utroq; jam ante orbati parente ultimum in his terris  
 Aviæ amiserint Orphani nunc tristissimi, quos tamen tutelæ  
 mnium Orphanorum Parentis DEI sc. omnipotentis commi-  
 co & Filia CATHARIN Anominanda est, de qua nihil, nisi q-  
 domadas & IV. dies vivendo consumpscerit. Atq; ita μακεσι  
 VI. Liberorum Mater & XV. Avia merito salutari potuit: q-  
 DEI benedictionem depredicare, eaq; senectutis molestias n-  
 vare sæpè solita est. Diem nigrorē & infaustiorem tota Vitæ  
 ta non est, XIII. Maji Hac enim ipsâ Anno M. DC. XXXIX.  
 thalamij jugalis consorte orbavit, eamq; in medio ætatis  
 constitutam Viduam fecit. Quem casum graviter quidem  
 Viri amans tulit: ita tamen, ut non dolori succumberet; sed  
 mun omnium directorem niteretur, eum fore & Viduarun-  
 Curatorem unicum & certissimum Neq; spe falsa fuit. Maj-  
 lius DN. JACOBUS SEBASTIANUS LAURENBERGIU-  
 ti partes egregiè implevit, & solutâ continuò ἀνπελαγη-  
 nis vergentem recreavit, & eo pacto abrepti immaturâ mor-  
 um Matri lenivit. Qua pietate in D E U M fuerit, quamq; a-  
 obierit sacra publica, cum totluculentí testes adhinc, quib-  
 extitit, hic commemorare fusius supervacaneum est; Ut &  
 mnes officii, quam benigna & bona in miseros, quos vel cum  
 rum rerum solari atq; juvare solita est: Ita persuadens animo  
 atq; felicium esse de abundantiasuâ consulere aliorum nece-  
 stiani autem de qualicunq; etiam copiâ operari. Jam si con-  
 animus esset, quam fuerit pacis cum omnibus tuendæ & ale-  
 infortunia, quotve morbos Vidua per XXXII. annos sustinuerit  
 hæc ad recensionem istam futura esset Charta; partes eas re-  
 fiastra, cui & tempus & locus in Concione funebri ad ista digi-  
 nanda, ordineq; recensenda erit commodissimus; nostra ad

